



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

VI. Præcedantne alia, quasi actiuè ad diuinam scientiam ex parte potentiæ
vel obiecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

QVÆSTIO VI.

Præcedantne alia, quasi actiue ad diuinam scientiam ex parte potentia vel obiecti.

RELIQUA quæ ex parte potentia, vel obiecti creatam scientiam præcedere solent, duo sunt. Alterum habitus, qui ex parte potentia præcedere sæpe à pluribus dicitur. Alterum species obiecti cogniti, & quamuis habitus omnes (supernaturalibus exceptis) ad species reducantur, quæ ex parte obiecti se tenent, de anima disputantur; tamen oppositum in præsentiarum suppono, ut nihil quod ab aliis disputari possit, indisputatum omittam.

CERTAMEN I.

Nullus habitus cognoscitiuus in Deo est admittendus, idemque est de volitiuo habitu.

I. DE supernaturalibus habitibus nemo hætenus in Deo, eiusque potētis esse cōcedendos, somniavit: hi, siquidē solum dantur ad actus altioris ordinis, quā potentia, ut hæc nimirum ultra intrinsecam, & naturā virtutem superioris ordinis rebus agendis proportionentur atque eleuentur: id quod Deo, eiusque potētis, qui in supremo rerum ordine de se realiter, & formaliter, ac metaphysice sunt, prius repugnat. Secundo ex eo, quod ea ad habitus supernaturales admittendos improprio cum actibus, ad quos admittuntur, in potētis requiratur, infertur etiam eiusmodi potētis, pro quibus supernaturales habitus admittuntur, de se insufficientes, & partiales potētis esse: quod etiam diuini potētis tam physice, quā metaphysice contradicit, ut vidimus sæpe, atque ex illo nostro principio certissimo (scilicet diuina omnia prædicata infinita & genere suo per denegationem terminari, etiam extrinseci esse debere) euidenter deducitur: quare his tota præfens de habitibus, quos naturales vocamus solummodo esse potētis, & quidem licet acquisitis habitibus produci ab actibus in creatis contingat, id in diuinis euenire, eoque sensu acquisitos esse non posse certissimum. Restat ergo de intrinsecis habitibus acquisitis prædicatis facilitandi potētiam, determinandi, seu inclinandi ad suos actus potius, quā ad oppositos, v.g. ignorantiam, & errorem, examinare, an in Deo deatur potētia intellectiua Dei formaliter superaddita.

2. In ea vero questione Henricus 1. par. art. 37. q. 1. & 2. Maïron in 1. dist. 36. qu. 1. art. 1. Arriaga disp. 15. sect. 3. sub 4. tam intellectui, quā voluntati diuinæ habitus metaphysice ab eiusmodi potētis diuersos concedunt: tum, quia in eiusmodi potētis facilitas ad suos actus Deo adest: tum, quia nemo Deo negare potētis, tam voluntatis virtutes, ut misericordiam, iustitiam, & similes, quā virtutes intellectus ab Aristotele numeratas 6. ethic. cap. 3. prudentiam, scientiam, & artem, quæ necessarii habitus sunt. Reliqui autem Theologi tam præfati, quā iuniores nobiscum censent eiusmodi habitus potētis intellectiui, adhuc formaliter, & metaphysice, superadditos non esse admittendos: ita Salas 1.2. tract. 11. disp. 2. Val. 1. par. qu. 14. punct. 1. Suar. disp. 30. metaph. sect. 15. n. 10. sect. 16. num. 68. 3. de attrib. cap. 1. num. 1. Ruiz disp. 4. sect. 4. Albiz. disp. 1. sect. 1. num. 10. Hemelm. tract. 4. disp. 7. cap. 1. Alarc. disp. 1. cap. 1. num. 5. Sfortia. lib. 1. num. 42. Fallol. qu. 14. art. 1. dub. 5. Ribadeneyra. Quiros, & alij apud ipsos. Ribadeneyra. d. 2. citata cap. 6. n. 77. quia hi habitus solum assignari possunt potētis plurquam logicis intellectio- nis, aut volitionis, quæ in Deo non dantur; sed falso in-

nitur principio, ut constat ex questionibus antecedentibus. Quiros disp. 35. sect. 4. n. 26. probat quia in Deo ea solum potētia intentionalis danda est, quæ, satis sit, ut denominetur Deus intelligens, & amans, ad quod opus non est, neque habitu neque potētia physica, cuius solius, est habitu iuari; sed sola substantia Dei, quæ sola denominatur intelligens, & amans: sed certe præter capacitatem subiecti denominationum earum, vel in ipsa capacitate inibitur potētia intentionaliter actiua (siue formalis ea sit, atque essentia metaphysice Dei metaphysice superaddita, ut nos censemus, siue in essentia Dei metaphysice inclusa, ut alij opinantur) ac proinde, in ea linea actiuitatis intentionalis, ab ipso Quiros admittit, potētis concipi conceptus facile operatiue superadditus metaphysice: quod solum ab aduersariis contenditur. Vnde impugnatur ratio adducta: quia ad conceptum & denominationem cognoscens, & amans facile, satis non est potētia præcisè cognoscendi, & amandi, sed potētia facile amandi, & cognoscendi: ac proinde potētis prima ratio concipi in Deo, sine fictione potētis, sed potētis veræ, quæ in Deo est, quin eius facilitas, quæ in eo etiam est, concipiatur, in id aliud ostendatur impossibile.

3. Ostenditur autem primò: quia habitus, seu facilitas operandi suos actus est perfectio in genere potētis: at qui potētia diuina, quæ diuina, est summe perfecta in genere potētis: ergo potētia diuina, quæ diuina in suo conceptu formali includit facilitatem ad suos actus: ac proinde potētia intellectiua, seu volitiua diuinæ superaddita metaphysice formalis facilitas non aderit. Confirmatur, quia facilitas formalis his solum potētis superaddita cogitari potētis, quæ secundum se, vel difficles sunt, vel impeditur, aut saltem non expeditur: at horum quoduis imperfectio est, quæ in potētiam diuinam veram, præcisè etiam sub conceptu potētis diuinæ consideratam, cadere nequit: ergo neque illi potētis habitus formalis metaphysice superadditus potētis veræ, ac non fictæ cogitari. Minor est certa metaphysice, atque insuper probatur: quia difficultas ad primum actum solummodo esse potētis: in potētis enim ad primum actum expeditis, & facilibus, v.g. calefactura, vel visua, nemo superadditum habitum somniavit, somniaretque in Deo autem vicus tantum actus intellectiois, vel volitionis, quoad intrinsecam eorum formalitatem, adhuc metaphysicam est: considera ergo potētiam intellectiua diuinam formaliter sumptam cum obiecto primario, & specificatio eius adæquat: an dices diffcultate, ac non cum summa expeditione in illum actum intentionalem prodire. Minime: ergo is à potētia nuda diuina præcisè sumpta facile prouenit: ac proinde metaphysice intrinseci illi facilitas, nō autem superaddita est ad alium actum superadditi nequit, cum alius actus, siue intellectiois, siue volitionis diuinæ in Deo non sit. Aliud verò intrinsecum habitus prædicatis inclinandi potētiam intellectiua Dei, atque impellendi in certam cognitionem potius, quā in ignorantiam, vel errorem circa obiectum, constat potētis indifferentis ad omnes eos actus imperfectionem potētia diuina indignantem continere, quæque perfectione intrinsecæ, & essentiali potētis diuinæ sine superaddito metaphysice prædicato excludatur.

4. Ex his facile diluitur ratio, quā n. 2. contra nostrum Quiros attigimus. Negandum enim est, posse concipi in Deo rationem potētis diuinæ, veræ, ac non fictæ, sine conceptu facilitatis, expeditionis, atque determinationis, seu impulsus in actum suum certum potius, quā in errorem. Nec quidquam prestare possunt metaphysice distinctiones esse, & attributorum, cognitionisque, & volitionis: licet re ipsa ea omnia in Deo identificentur. Si quidem nihil eorum, quæ ita in Deo distinguimus, diuinæque prædicata vera sunt, in alterius essentiali, & metaphysico conceptu, quæ diuina sunt, continentur, sicut facilitatis ad suos actus conceptum in potētia diuina, quæ diuina, includi monstrauimus: imò eundem indubitanter potētia diuinæ conceptum esse. Nec refert summam perfectionem metaphysicam prædicati diuini non includere perfectionem, nisi sui generis, & signi, non autem alterius generis, & signi posterioris: alioqui in summa perfectione metaphysice essentia diuinæ omnia attributa diuina, contra nostram sententiam metaphysice clauderentur: atqui

habitus perfectio diuersi generis, & signi metaphysice posterioris a genere, & signo potentie diuinae est: ergo non spectat ad perfectionem diuinæ potentie. Negatur tamen facile Minor: nam facilitas potentie essentia sua summe perfecta, ac non indifferens ad actus erroneos, vel certos, bonosque, vel malos (cuiusmodi est diuina) ad idem signum, & conceptum metaphysicum potentie spectant: licet in creatis, & imperfectis potentiis diuersum quid, non solum metaphysice, sed physice sit.

5. Oppones tertio, & difficilior, pro habitibus voluntatis diuinæ, (de quibus hic etiam diximus: ne eadem questio, atque ex eisdem principiis dirimenda controuersia de voluntate repereretur) virtutis moralis diuinæ propensiones voluntatis in eorum obiecta v.g. misericordiam, iustitiam vindictam, & distributivam (quæ Deo intrinsecè ante suos actus, & effectus sunt) nequeunt in nuda voluntate Dei metaphysicè constitui; alioqui diuersa attributa a voluntate Dei non essent: imò voluntatis diuinæ attributum ex eis omnibus propensionibus ad ea obiecta virtutum moralium constitueretur: ac proinde ex misericordia, iustitia, fortitudine &c. adde facilitatem, & propensionem hanc, si de conceptu potentie voluntatis sit, indiuisibiliter etiam metaphysice, in omnes actus honestos ferri debere: quia infinita est conceptus, & genere suo est per terminum, etiam extrinseci, denegationem, ut supra diximus, atque de omnipotentia ostendimus. Unde iustitia à misericordia, ne formaliter quidem, & metaphysice distingueretur: unde non minus erit vera hæc propositio: *Deus, quia misericors punit, & quia iustus peccata remittit*: quam hæc: *Quia misericors peccata remittit, & quia iustus punit*, quod est paradoxon à Theologia merito exploratum. Hæc, me iudice, summa in re præsentia, ac iuxta principia nostra difficultas.

6. Respondetur tamen, præcipuam difficultatem hic tactam, etiam in opinione aduersa admittente habitum in voluntate diuinā ab hac formā aliter, & metaphysice diuersum, locum habere: etenim facilitas, seu habitus ad honeste operandum vniuersalis, quæ moralis sanctitas Dei est, negari Deo nequit: in quo cum infinita in genere moris, & sanctitatis moralis facilitas, seu habitus, & propensio ad omne honestum formaliter indiuisibiliter cōiunctur, iuxta rationem, & paritatem omnipotentie: neque enim, sicuti nobis, Deo pro diuersitate materie diuersæ sunt difficultates in distinctarum virtutum exercitio diuersis habitibus expellendæ: unde propositiones illæ obiectæ æque vtrique verificabitur, quare difficultas hæc non tam contra hanc conclusionem, quam contra illud nostrum firmissimum principium est: quod amplius patet: quia in Deo actus voluntatis vnus, & indiuisibilis est circa seipsum, omnem in se perfectionem actuum voluntatis claudens, ad quem nulla importunia voluntaria difficultas est: sed summa potius necessitas. Item neque in hoc, ut ad hoc, vel illud obiectum virtutum moralium eademmet Dei volitio, sine vlla sui intrinseca mutatione extendatur, vlla difficultas, apparet haberi expedienda; sed sola ad summum extrinsecam denominationem, & obiecti extrinseca positio additur, ut de liberis Dei actibus dicimus controu. de volunt. licet pro hoc statu libertas hæc diuinorum actuum ad plenum inexplicabilis sit. Inde verò horum attributorum distinctionem metaphysicæ ex parte obiecti pender: quare ea libertate inibi pro nostro modulo explicata, & eorum distinctione opportunus, commodiusque explicabitur.

CERTAMEN II.

Nulla in Deo speciei impressæ ratio ab obiecti ratione metaphysicè diuersa admitti debet.

1. Cū duplex obiectorum diuinæ cognitionis genus sit, primum nempe, cuiusque adequatum speciatum (quod Deum ipsum esse diximus) & secundarium, seu terminatum solum; de vtroque an ad sui co-

gnitionem specie aliqua potentiam intellectuum Dei adiuer? vocari in questionem potest. Et noster quidem Arrubal, to. 1. disp. 31. c. 3. ad diuinam cognitionem, quatenus ad extrinsecam & creatam obiecta terminatur, diuinam omnipotentiam, tanquam principium ex parte obiecti determinans, & influens, nec solum terminans, concurrere, ac proinde munus speciei impressæ obire putauit: ita ut verum sit, Deum habere in se principium omnia creata cognoscendi, quia habet in se principium omnia producendi. Respectu autem cognitionis sui nullam speciei impressæ rationem in Deo recognoscit; sed solum rationem obiecti specificatiui, quam adstruxerat disp. 29. c. 3. vt. q. proxima refereremus, Ledesma. q. 9. de diuina perfect. a. 2. concl. 3. de specie impressæ respectu cognitionis diuinæ circa creata refertur sensisse in Deo esse rationem formalem repræsentatiuum creaturarum, quæ speciei impressæ rationem ad ipsarum cognitionem habeat: ita apud Palqualigo disp. 23. sect. 2. num. 11. à quo etiam refertur Vazquez dist. 60. c. 2. & 3. & Arrubal disp. 30. c. 3. & 4. sed mala fide vtrique recitatur, ut de Arrubale constat ex proxime dictis, Vazquez solum speciem expressam creaturarum in Deo agnoscit. Refertur verosimilius possent alij, qui in idea diuinā omnipotentia, vel alio prædicato Dei cognosci ab ipso creaturas, docent: sed cognosci in alio tanquam medio diuersum est, atque cognosci per illud tanquam per speciem impressam, de cuius ratione non est, ut præcognoscatur. Circa cognitionem sui noster Granados 1. p. disp. 1. num. 9. respectu cognitionis sui in Deo veram speciei impressæ rationem admittit, quem Recentiores alij, non omnino Theologicæ rei ignari, postmodum in manuscriptis secuti sunt: imò Vazquez etiam noster disp. 60. c. 1. n. 5. sine Deo rationem speciei impressæ æque, atque expressæ videtur tribuere; licet mihi exploratum non sit, an id ex propria sententia doceat, an, ut punctum propositæ ibi difficultatis resolutione expediat, cursim ea, quæ dici de Deo respectu suæ cognitionis, vtrumque possent, recensens. Atque extremum hoc mihi verosimilius circa eius mentem videtur: denique posset aliquis in Deo veram speciei impressæ realis virtualis, non formalis, rationem ponere, sicuti, & veram rationem potentie realis virtualis actiue, ut hæc ex parte obiecti in ordine suo realis virtualis actiuitatis complectitur.

2. Dicendum tamen nobis iuxta præfixum certaminis titulum primum est: non dari in Deo rationem veram speciei impressæ respectu cognitionis sui metaphysicè rationi obiecti primarij illius superadditam. Ut clarius huius conclusionis veritas ostendatur, statuendum est duplex solum munus intrinsecum, & essentialiter speciei impressæ notum hactenus iuxta varias opiniones esse. Alterum iuuandi, & complendi potentie cognoscitiue actiuitatem: alterumque, ut aliqui volunt, determinandi indifferenciam potentie ad obiectum hoc potius, quam illud cognoscendum: vtrumque autem munus essentialiter supponit obiecti, pro quo in eis subsistit, vel absentiam, ac distantiam, vel improprietatem, ut se ipso ea munera obeat: vbi enim obiectum de se proportionatum, & accommodatum potentie, satisque illi præsens, & coniunctum sit, speciei ipsius impressæ, ut cognoscatur, omnino superflua iudicanda est, ac prorsus releganda, ut constat ex his, quæ diximus latè controu. de speciebus impress. ad tract. de anima: vbi eam ob causam plurius, sensibilibus etiam, obiectorum speciei impressas, ut à suis sensibus percipiuntur, omnino reieciimus. Ex hoc autem notato facile, neque ex vno tantum; sed multiplici ex capite conclusio hæc prima suadetur.

3. Primo: quia speciei impressæ ratio, & essentia est obiecti non satis coniuncti, aut improprietati vicariam esse: atqui Dei essentia, nec magis distans, minusue coniuncta identice intellectui diuino est, minusue ipsi proportionata, quam speciei illa: ergo nequit esse vera vicaria species, adhuc metaphysice superaddita essentia Dei, ut hæc ab intellectu diuino percipiatur. Sed dices: essentia Dei vere conuenire munera dicta speciei impressæ, ut fatemur: ergo eius ratio vere datur in Deo. Sed rogo, an conueniat essentie Dei vere pro se ipsa subsistere, ac sui vicariam vere, ac sine vlla fictione nostra esse? Erit enim mirabile aliquid sui vicarium substitutum, ac delegatum vere, & realiter esse. Hoc autem argumen-

tum solum contendit essentiam Dei (& idem est de quouis alio predicato diuino) non posse sui ipsius vere, ac reipia vicariarum, & substitutum esse, ac proinde neque speciem impressam ad sui cognitionem. Dices secundo: eorum munus rationem esse extra conceptum essentiae metaphysicæ Dei, quæ sola ratione entis, seu substantiæ à se continetur, in quo esse determinatum intellectus diuini ad sui cognitionem non claudetur: ergo est ratio superaddita essentiae metaphysicæ Dei: ergo & speciei ratio est Deo superaddita. Negatur tamen secunda consequentia: licet enim ea ratio superaddita sit predicato entis à se; est tamen ratio obiecti, seu veri, ut de se patet: ultra hanc vero rationem quaritur in Deo detur speciei impressæ ratio: quam non dari ostendimus, quia si uicaria ad sui cognitionem essentia diuina vere, ac sine mentis fictione esse non potest.

4. Probatur secundo conclusio: quia speciei impressæ, hactenus nota ratio essentialis est inuare, complere, ac determinare actiue physice potentiam cognoscentem, ut verior, & communior sententia fert. Inde vero duæ alie probationes obueniunt. Prima quod partialem actiuitatem ad obiectum, siue physicam, siue intentionalem, atque indeterminationem ad obiecti cognitionem in potentia supponat: atque indeterminationem hæc, & partialitas, seu inadæquatio actiuitatis ad cognitionem obiecti, & imperfectio ex parte potentie perfectam, & adæquatam potentiam necessario habet, etque determinatur ad cognoscendum quidquid est cognoscibile etiam in particulari: ergo Deo repugnat speciei. Nec valet: actiuitatem, & determinationem speciei se tenere ex parte obiecti; non autem ex parte potentie: quare hanc in sua linea adæquatam perfectissimam, & determinatam esse posse, etsi ex parte obiecti, in eiusque linea ab specie impressa inuaretur, ac determinetur: quemadmodum licet voluntas diuina ex parte potentie adæquata, & perfectissima sit, tamen non respicit inuamem cognitionis sui obiecti, ut in illud feratur. Contra tamen: quia, licet in creatis ex duæ lineæ actiuitatis sint respectu cognitionis, est quia partialitas, & indeterminatione ad cognitionem obiecti potentiam creatam non dedecet, sicut dedecet diuinam: atque, cum ratio principij productiui intellectus sit ratio potentie intellectus si adæquatam principium non sit, in sua linea inadæquatam principium erit: linea vero obiecti à linea potentie intellectus diuersa est linea terminandi, & mouendi tanquam medium, aut mortuum ad sui, vel alterius obiecti cognitionem: in quo nulla actiuitas, seu ratio principij intellectus actiui adest. Paritas ex inuamine voluntatis ab intellectu sui obiecti nulla est: quia ad amorem cognitio obiecti actiue non concurret, ut docuimus tract. de anima. controu. de volunt.

5. Ex eodem principio rationis essentialis speciei impressæ inuandi scilicet, & complendi, ac determinandi incompletionem, & indeterminationem potentie sic infero secundo (etique tertia nostre conclusionis probatio) ergo ubi physica productio, & actiuitas ad cognoscendum est repugnans, repugnat etiam ratio, & essentia impressæ speciei. Dices primo: etsi in Deo non detur potentia intellectus actiua physice cognitionis: at per nos dari vere actiuitatem intentionalem: ergo dari poterit ratio principij ex parte obiecti vere intentionalem actiui. Et speciei impressæ, etsi primam consequentiam admitteremus, negare possemus secundam, quia id totum per se, nec per sui substitutum, essentia Dei ad sui cognitionem solummodo præstare posset iuxta argumentum primum. Sed tamen, ut hoc secundum persequar contra est: quia, licet intentionalis actiuitas intellectus diuini ad cognitionem secum identificatam, admittatur, ideo tamen admittitur, quia principium vitale est, ut Deus intellectione vere uiuat: at ex concursu obiecti, qui ex se vitalis non est, non uiuat Deus: ergo is, neque eius principium obiecti uere actiui, adhuc intentionalem admitti potest respectu intellectus cum ipso vere identificatæ. Contra secundo: quia nulla vera actiuitas intentionalis, ultra vitale (quæ in Deo, ut obiecto esse nequit) eiusdem ad se ipsum esse cogitariue potest, ut supra ostendimus Deo ut obiecto veram respectu cognitionis sui prioritatem negantes.

6. Dices secundo, admitti à nobis in notabili pro-

bationibus his præmissis eam opinionem, licet minus probabilem, & communem: quod, scilicet, munus speciei impressæ non sit determinare potentiam actiue, sed solum extrinsecam obiecti sui propositione. Sed, licet hæc sententia, sola sui propositione, suam satis falsitatem prodar, satisque à nobis confutata sit controu. citata de speciebus impressis; in ea tamen vel maxime urget argumentum nostrum primum: quia, si sola extrinsecam obiecti positione ac propositione indifferencia potentie cognoscitiue determinatur sufficienter ad illud cognoscendum nullo alio quam obiecti proportionati positione, & coniunctione opus erit. Secundo determinatio potentie cognoscitiue pura per speciem ad hoc potius, quam aliud obiectum percipiendum supponit essentialiter indifferenciam potentie ad ea cognoscenda: atque ea indifferencia in intellectu diuino ad se, vel aliud cognoscendum non est: ergo neque speciei ratio potest esse. Maior est per se nota. Minor probatur: quia intellectus diuinus determinatur de se est ad Deum, non autem indifferens ad Deum, vel obiectum aliud primo cognoscendum: quia nullo alio modo alia à se cognoscere potest, nisi quatenus se primario cognoscit, atque inde eius cognitio innititur, ac omnis cognoscibilis representatio formalis, & species expressa euadit, ita ut sola cognoscibilium reliquorum positione sine ulla intrinseca representationis augmento, aut intentionali noua elicientia cognitionis diuinæ ea formaliter intellectu diuino, siue Deo formaliter intentionaler repræsententur: denique terminatio, & specificatio cognitionis à nullo obiecto per speciem sui, sed se ipso formaliter extrinsece præstatur: id autem solum Deus respectu suæ cognitionis muneris obit.

7. Dico secundo: Non datur in Deo ratio veræ speciei impressæ virtualis ad sui intellectionem. Conclusio hæc neminem aduersarium habet: ne autem aliquem deinceps habeat, proponitur, & probatur: quia, ut ostendimus q. 3. cert. 3. actiuitas virtualis, siue ex parte obiecti siue potentie (de qua eo loci agebamus) sine distinctione virtuali virtutis ab effectu esse non potest: inter Deum autem obiectum, siueque cognitionem necessariam distinctione realis virtualis nullatenus intercedit: quare neque ratio actualitatis obiecti, siue ex parte obiecti esse poterit: unde neque speciei impressæ ratio. Vide quæ citato loco contra similem actiuitatem ex parte potentie intellectus pro simili argumento proposuimus. Ut autem virtuale actiuitatem obiectum siue speciei impressæ, rationem respectu contingentis cognitionis Dei, siue contingentium obiectorum euerteret; vide quæ in simili de potentia actiua virtuali respectu contingentis cognitionis diximus citato certam. 3. Nec refert rationem speciei impressæ virtualis non actiuitatem virtualem; sed veram virtualem determinationem potentie ad Deum cognoscendum potius, quam obiecta alia importare: tum quia ubi determinatio vera realis formalis in ipso obiecto, imò & in intellectu diuino est, ut concl. 1. ostendimus, frustra virtualis determinatio speciei, metaphysice adhuc; superaddita admittitur.

8. Dico tertio contra Arrubalem: diuina omnipotentia non habet rationem speciei impressæ respectu cognitionis diuinæ, quatenus creata repræsentat. Probatur facile; quia id tantum est species impressæ, quod, vel adiuuat, vel determinat, siue actiue, siue aliter potentiam cognoscentem ad cognitionem, seu representationem formalem intentionalem obiecti: atque omnipotentia, qua talis, formaliter, non adiuuat, nec determinat, siue actiue, siue aliter potentiam ad cognitionem, seu representationem formalem creaturæ: ergo non est species impressæ respectu cognitionis earum. Minor (de qua solum dubitare aduersarij possent) suaderetur, quia, ut supra ostendimus, ipseque Arrubal fateatur, obiectum primarium specificationumque adæquatam diuinæ cognitionis, & representationis, quantæ quantæ in ratione cognitionis, & representationis quoad intrinsecum innititur, est (si metaphysice loquamur) essentia metaphysica Dei, physice autem, & identice diuina omnia, seu simplicissima entitas Dei, diuina omnia indiuisibili identitate continens, ergo non magis omnipotentia, qua talis, quam immensitas erit species impressæ Dei ad creaturæ cognitionem, physice loquendo; metaphysice autem, sola essentia Dei erit. Secundo videntur: si ea omnia, physice

physice loquendo, totum, quod cognitionis intrinsecæ Deo est, etiam quatenus ad creaturam extenditur, ex parte obiecti adequati diuinæ præsentem cognitioni; id tamen non præstat, ut species impressa; sed, ut obiectum primum, & specificatum adequatum diuinæ cognitionis: ergo nihil diuinum se gerit, ut species impressa cognitionis diuinæ creaturarum. Secundo probatur eadem minor; quia omnipotentia, qua omnipotentia formaliter adequatæ, est virtus productiua solum ad extra, in quo nullus respectus, ædum actiuitas, seu determinatio intrinsecæ cognitionis Dei continetur.

9. Secundo esse principium producendi, non est esse principium obiectuum cognoscendi: ergo nec in Deo esse principium omnia producendi est esse principium obiectuum omnia cognoscendi. Antecedens est certum: alioqui omnis causa esset species impressa ad cognitionem sui effectus. Secundo, quia alioqui, cum Deus causa adequata omnium possibilium non sit (si quidem plura sunt, quæ essentialiter à causis secundis etiam dependent, ut patet in actibus omnibus vitalibus, atque actionibus omnibus educiuis) Dei omnipotentia non esset adequata species cognitionis eorum, ut Arrubal contendit; sed insuper causæ creatæ, siue actiue, siue passivæ ad species impressæ diuinæ cognitionis creatorum totalitatem, contra Arrubalis doctrinam, aduocarentur. Nec refert, eas etiam creatas causas in diuinæ omnipotentia contineri, ut supra q. 5. cert. 3. dicebam; vel enim eis proximè iuuatur, ut per modum species impressæ respectu cognitionis diuinæ, quatenus circa eos versantur effectus, se gerat, ac iam creatis causis: etiam ratio species impressæ ad cognitionem eorum creatura completur contra re, Deumque creatæ specie partiali egeret. Vel non iuuatur: & tunc specialis ratio actuum vitalium, & actionum quatenus à creatura causantur, vel actus, vel passivæ in omnipotentia, à qua secundum eam rationem non sunt, species proxima, ac proximè ut species conueniens, omnipotentia non esset; licet esset species ad causas illas creatas videndas, quarum adequatum proximum principium est. Si, iuxta rationem potentia, & continentia creaturarum, ratio species Dei in sua omnipotentia concedi debeat, ut iuxta hunc philosophandi modum debet concedi: Consequentia prima patet in hoc discutiendi modo. Si enim ratio principij ratio species non sit, ratio principij omnium, ratio species impressæ omnium plane non erit. Diuina ergo omnipotentia ad futurorum cognitionem diuinam requiritur, quatenus ea potest, ponere in rebus: quare, ut obiectorum baula, non ut impressa species: respectu vero possibilium, ut terminus extrinsecus, & præsuppositus possibilitati eorum solummodo. Imo, cum respectu futurorum determinatum principium omnipotentia non sit; sed decreto diuino determinatur, atque species obiecti ad illud præ alio cognoscendum aliquo modo, siue actiue, siue alias, debeat determinare, nescio quo pacto species impressa eorum cognosci queat.

10. Denique nihil diuinum speciem impressam cognitionis creaturarum esse posse probat generaliter ratio, quam contra Arrubalem dedimus num. 7. secundo probatur: quia quicquid illud diuinum sit, vel determinat Deum ad creaturam cognitionem ut cognitam: sique non species, sed medium ad illarum cognitionem erit: species enim non determinat ad sui obiecti cognitionem, ut cognita, sed medium cuius determinatio eo à determinatione species differt, quod hæc incognita, illud vero nomen ut cognitum ad obiecti determinat cognitionem. Si dicat diuinum illud, quodcumque sit, incognitum determinare ad creaturam cognitionem: primo rem dicet inuaditam: secundo, æque primo Deus cognoscere creaturas, ac seipsum: unde & hæc obiectum primum, & specificatum diuinæ cognitionis, quoad intrinsecum eius, forent. Tertio, cum species determinatio necessaria, ac non libera ad obiecti cognitionem sit, etsi creatura deficeret, ac repugnaret, ad earum cognitionem determinaret, scientiaque Dei falli esse posset: neque enim tunc diuinum illud pendet, cum ab eis non pendat.



DISPUTATIO III.

De obiecto increato scientia Dei et Deus de facto est.

S TATUTIS diuinæ scientia existentia, eiusque principij, & obiecto intrinsecæ necessario examinatis, iam ipsius obiecta omnia, etiam extrinsecæ vniuersim examinanda, & statuenda sunt: sed quoniam Deum præcipuum primum, & specificatum adequatum esse diximus, atque aliquatenus de secunda probauimus, non tamen ita fuisse, ut tanta veritas requirit: atque alia circa Dei scientiam erga seipsum, tanquam præ terminum sue cognitionis examinare accuratè oporteat: & primum illud statuendum paulo firmitus hic est, & reliqua alia, quæ respectu Dei ipsius, tanquam termini præ talis, occurrere possunt examinanda. Nulla tamen habenda hic ratio de Deo tanquam specificatio, nec de determinatijs, seu medijs, in quibus, vel Deus totus, vel diuinum aliquid attingit à scientia Dei, tam respectu sui, quam respectu obiectorum creatorum possunt. Huius generis sunt: an scientia Dei libera sit, an necessaria? & respectu quorum? secunda, unde ei libertas, vel necessitas adueniat? in quoue consistat? & similes, quas commodius suis locis definiemus. Ergo hic disputabitur: an Deus totus, siue secundum omnia metaphysica necessaria, quæ in Deo de facto sunt, cognoscatur? Secundo: an cognitione sua circa sua præscindat. Tertio: an etiam secundum libera omnia versetur? Quarto: an etiam ut aliquo modo futura? Quinto: an scientia Dei circa Deum totum, vel circa aliquid illius scientia formaliter, ac metaphysice reflexa, licet physice eadem, cognoscatur?



QVÆSTIO I.

An Deus totus, siue secundum omnia necessaria, quæ de facto habet à seipso cognoscatur?

I D I M Y S d. proxima, q. ult. Deum obiectum terminatum esse sue cognitionis, imo & specificatum adequatum illius: quorum utrumvis Deus à seipso cognosci supponit: imo inde obiectum proprie esse, contra nonnullos ostendimus, quod certo se cognoscatur. Hoc ergo suppositum probationum nostrarum stabilendum hic est, primo vniuersim, deinde secundum prædicata omnia necessaria, quæ in Deo de facto sunt, generalitatem.

CERTAMEN I.

Deum se cognoscere certum de fide atque ex naturali ratione est.

1. **P** Ræstitutam veritatem de fide probant in primis quæ d. 4. q. 1. cert. 1. nu. 2. Deum omniscium ex scriptura monstrant. Cum enim Deus aliquid, imo principalissimum omnium ens, longè, imo infinitè, reliquis perfectius, veriusque sit, non solum ea vniuersali propositione, qua scriptura omnium scientiam in Deo adstruit, absoluit; sed & principaliter continetur. Secundo speciatim

ORTEGA
En la parte
D Via